Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ysa

mea narrabit Nõ me inuocasti iacob nõ laborasti i me israhel Nõ
obtulisti mihi arietes holocausti tui et victimis nõ glorificasti me Nõ tuis
te seruire fecit i oblationibus nõ laborare fecit pbui i thure Nõ emisti mihi
argento calamum et adipe victimarum tuarum nõ inebriasti me Ve
rumtamen seruire me fecisti i peccatis tuis pbuisti mihi laborare i iniqtatibus
tuis Ego sum ego sum ipse qui deleo iniqtates tuas ppter me et pc
catorum tuorum nõ recordabor reduc me i memoriam et iudicemus simul
Narra si quid habes ut iustificeris Pater tuus primus peccauit et
interpres tui peccauerunt sunt i me et contaminauerunt principes sanctos
dedi ad imprecationem iacob et israhel i blasphemiam XLIIII

Et nunc audi iacob seruus meus et israhel quem elegi Hec
dicit dnus faciens te et formans te ab utero auxiliator tuus
Noli timere seruus meus iacob et israhel quem elegi Effundam enim
aquas super sitientem et fluenta super aridam Effundam spiritum meum super
semen tuum et benedictionem meam super stirpem tuam et germinabunt me
herbas qui salices iuxta pteruenas aquas Iste dicet dni ego sum et
ille vocabit i nomine iacob et hic scribet manu sua dno et i nomine
dni dicet israhel agnitabit Hec dicit dnus rex israhel et redemptor
eius dnus exercituum Ego primus et ego nouissimus et absque me non
est deus Quis similis mei vocet et annuntiet et ordinem exponat mihi
ex quo constitui populum antiquum Ventura et quecumque futura sunt annuntiet
eis Nolite timere nec conturbemini ex tunc audire te feci et annuntiauit
uos estis testes mei Nunquid est deus absque me et formator quem
ego non nouerim Plasmator idoli omnes inanes sunt et amantissimi
eorum non proderunt eis Ipsi sunt testes eorum qui non uident nec
intelligunt ut confundantur Quis formauit deum et sculpsit
conflauit ad nihil utile Ecce omnes participes eius confundentur
fabri enim sunt ex hominibus Conueniant omnes stabunt et pauebunt
et confundentur simul Faber ferrarius lima operatus est i pru
nis et i malleis formauit illud et operatus est in brachio fortitu
dinis sue Esuriet et deficiet non bibet aquam et lassescet arti
fex lignarius extendit normam formauit illud i runcina fecit
illud i angularibus et i circino tornauit illud et fecit imaginem
viri qui speciosi hominis habitandum i domo Succidit cedros tulit